



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**LEGVM PON||TIFICIARVM GRE-||gorij noni, seu
Decretalium pentateu-||chus**

Mesnart, Martin

Parisiis, 1555

vi. De translatione episcopi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63486](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63486)

De transla. episcopi Tit. VI.

lium quoque archiepiscopus ni accepit, nec ipse quasi archiepiscopus ordines, nec reliqua quæ sunt ordinis, conferto.

44. *Nihil est.*

Quæ de administratione dicta sunt ita temperantor.

Vltra Italiam valde remotis (si modo in concordia electi fient) quorum confirmatio ad Ro. Pont. pertinet, in spiritualibus & temporalibus administratio alienatiõe interdicta indulta esto. munus tamen benedictionis & consecrationis solito more recipiunt.

28. *Quod sicut*

θεμα
quod autē

Post confirmationem prælato de rebus ecclesiæ disponere, & (si de cleri & populi procedat ad sensu, dum tamen ecclesiam reddat indemnem) alienare liceto.

9. *Nosti.*

Antequam confirmatus fiet, nec honores nec præbenda concedere, nec de re vlla alia disponere olli permittitor.

7. *Cum in cunctis.*

Deμα.
cum vero.

Cum confirmatus erit, ac iam ecclesiasticorum bonorum administrationem habere cœperit: de beneficiis quæ habebat, post decursum tēpus consecrãdis episcopis à canonibus præfinitū, is ad quæ spectat conlatio, liberè disponito.

2. *Ti. seq.*

Inter corporalia.

Tempus hoc sex mensium esto. vltra quod si viduatam retinesit ecclesiam, nec ibi, nec alibi donum consecrationis accepit: metropolitani sui iudicio cedere cogitor.

De translatione Episcopi. Ti. 6.

2. *Inter corporalia*

POST electionem & confirmationem canonicam inter personas elegantium & electi

De autho. & usu pallij. Tit. VII. 14

coniugium spirituale contractum & ratum esto. dignitas episcopalis consecratione conlata nihil ad id coniugium addere existimatur.

Ea de causa electi confirmationis munere recepto, inconsulto Romano pont. sedem ne mutanto. Episcoporum enim translationes, ac sedium mutationes, ut & reliquæ maiores ecclesie causæ ad apo. sedem deferuntur. Superior alius si consensum præbescit: ab episcoporum confirmatione suspenditur.

Quod ergo est inter pontificem & ecclesiam eius coniugium, ecclesiarum necessitate vel utilitate pensata, diuina autoritate solus Ro. Pontifex dissoluit. & si ad maiorem sedem vocatus autoritate propria se trāstulerit: & ab aliena cathedra extorris esto, & propria careto.

Sed & si cui Ro. pontifex, ut ad maiorem dignitatem vocatus (dum nihil olli de canonicis obuiet institutis) eā adsumere possiet, indulget: huic, si postuletur, nec ad parem, nec, antequam postulatio examinata fiet, transire liceto.

De autoritate & usu pallij. Ti. 7.

QVI Archiepiscopus electus fiet aut postulat, et si adprobata postulatio erit, antequam pallium receperit, Archiepiscopum ne se adpellato. Eo plenitudo pontificalis officij confertor.

Hoc Ro. pontifex in plenitudinem ecclesiasticę potestatis adsumptus semper & ubique, alii in partem sollicitudinis vocati in sua ecclesia certis diebus tantum vtuntor.